Dominica poſt Feſtum Circumciſionis, Evang. Matth. 2, 13 —— 15.

Evangelion, Mandatum Angeli ad Joſeph complectitur, de fuga in Ægyptum. Annotatur autem Mandati

- 1. Delegatio, ad quam pertinent:
  - 1. *Circumſtantia temporis nocturni. Nam à Magorum diſceſſu, Angelus* DOMINI *in ſomnis Joſepho apparuit*, v. 13.
  - 2. Verba *formalia; quorum duæ ſunt partes:*
    - 1. *Inſtructio ipſa, Faciendorum:*
      - 1. *Surge*, v. 13.
      - 2. *Aſſume Puerum ac Matrem illius, ibid.*
      - 3. *Fuge in Ægyptum, ibid.*
      - 4. *Mane illic, donec dixero tibi, ibid.*
    - 2. *Ratio à Periculoſo: propter impij Herodis ſævitiam & crudelitatem*, v. 13.
- 2. *Executio, hoc eſt, Fugæ*
  - 1. *Adornatio, atq; ſecundum omnia illa, quæ in mandatis habebat, confectio*, v. 14.
  - 2. *Duratio, ad obitum usq; Herodis*, v. 15. *Cæterùm cauſa hujus inibi addita & reddita habetur.*

In Feſto Epiphaniorum, Evang. Matth. 2, 1 —— 12.

Magi *Orientales* JESUM *Regem Judæorum recens natum*,

- 1. *Hieroſolymis quærunt. Obſervetur Inquiſitionis;*
  - 1. *Tempus: à nativitate ſcil.* JESU *Bethlehemitica*, v. 1.
  - 2. *Modus, qui fuit ἐρωτηματικὸς* v. 2. *Juxta autem annotatur Quæſtionis motæ*
    - 1. *Cauſa, tum*
      - 1. *Impulſiva*, v. 2.
      - 2. *Finalis, ibid.*
    - 2. *Effectus*
      - 1. *Generalis: Ταραχὴ Hieroſolymitanorum omnium*, v. 3.
      - 2. *Specialis in Herode: Convocatio nimirùm &*
        - 1. *Cleri, ſeu Presbyterij Jeroſolymitani*, v. 4. *Obſerva hîc* ——
          - 1. *Quæſtionem de Chriſti ſolo natali à Rege propoſitam*, v. 4.
          - 2. *Deciſionem Conſiſtorij Eccleſiaſtici ex Scriptura factam*, v. 5. 6.
        - 2. *Magorum clancularia: quos, cognito ex ipſis prius tempore viſæ Stellæ, Bethlehemum, cum fraudulentiſſima inſtructione ablegat*, v. 7. 8.
- 2. *Bethlehemi inveniunt: Perpendantur;*
  - 1. *Occaſio,*
    - 1. *Remota: Relatio illa Regia. &c.* v. 9.
    - 2. *Propinqua: Apparitio ejus Stellæ, quam in Oriente viderant, quæ ceu Dux viæ illos præibat, & gaudio afficiebat maximo*, v. 9. 10.
  - 2. *Res geſtæ Magorum: Hi domum Bethlehemi, ſubſiſtente ſtella monſtratam, ingreſſi,* PUERUM, *cum matre ſua, inventum* ——
    - 1. *Adorant*, v. 11.
    - 2. *Muneribus tergeminis donant, ibid.*
  - 3. *Fortuna ſecunda, quæ Magis in ſomnis obtigit Divinitùs per Angelum, ne in manus Herodis truculentas inciderent*, v. 12.

Alia

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375805311/12 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG